1576 d. 27. Nov.

Rndi domini fres in Chro honorandi.

Cenans hac nocte accepi epistam f. vraz una cu formula confirmationis R. Cumq R. P. Rector Brunsbergen collegij summo mane hinc discessurus esset, non putaui eum mihi dimittendum esse sine responso. Operosa nimis est haec formula, a Romanensi aliquo praeter more Polonicae cancellariae conscripta. Non est igitur mirandu, si Cancellaria R. in ea reformanda subtilior uideri voluit. Regem quidem in eo operam posuisse non arbitror. Non video, cur non debeat recipi. Tametsi possemus etiam confirmatione omni speciali carere, contenti gnrali omnium ordinum et aliaz ecctiaz Regni. Quod ad me attinet, scripsi Nuncijs f. vraz et amicis meis sententiam meam, si modo peruenerint ad eos literae meae Lubauia. Bene ualeant f. vrae. Heilsbergae 27. die Nouembris. 1576

fr in Chro

M. Cromerus

15